



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio vigesimaoctaua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

conqueretur de hoc posset ei dicere Deus illud euangelium, an non licet mihi quod volo facere, an oculus tuus nequā est; quia ego bonus sum. Et ille qui hoc pateretur debere dicere illud Iob. i. Dominus dedit, dominus absit, sic dominus placuit, ita factum est, si nomine domini benedictū, quia quā omniē bonū sit ex gratuito dei dono, ex hoc p̄ Deus dat quēdam nō obligatur ad dandū alia, ita vī non fit iniūtus, & si quid pro bonis operibus nostris nobis datus vel redditū potius & principaliter est ex liberalitate Dei dantis, quām ex debito nostri operis. Et sic patet propositio minor & per consequens ratio.

15 Quod si quis dicat, quām quānus Deus non constitutur nobis debitor ex aliquo nostro opere, confituitur tamen debitor ex sua promissione quā exprimit scriptura Iacobī. i. Beatus vir, &c. Ex sequitur, accipiet coronā vite, quam reprobuit deus diligenter se. Non valet, propter duo. Primum est, quia promissio diuina in scripturis sanctis nō sonat in aliquā obligationem, sed insinuat meam dispositionem liberalitatis diuinæ. Secundū est, quia quod redditur, non ex debito praecedentis operis, sed ex promissione precedente, non quidem redditū ex merito operis de condigno, sed solum vel principaliter ex proposito. Et ita non est ibi illud debitum de quo loquimur.

16 Et sic patet quod meriti de condigno stricte & proprie sumptum, videlicet pro actione voluntaria propter quam operari debetur merces ex iustitia, si quod si non redditur ille ad quem pertinet reddere iniūtē fact & est simpliciter & propriè iniūtus, nō est hominis ad Deum. Et ideo propter tale meritum, cum sit homini simpliciter impossibile, non est necesse in nobis ponere gratiam vel charitatem habitualē. Et si poneretur, frusta poneretur, Sed solum per gratiam est in nobis istud meritum de condigno, quod Deus ex sua ordinatione gratuita requirit in operibus nostris ad hoc vt remuneretur vita æternā. Et hoc meritum est medium inter meritos quod est simili ester de congruo & ante gratiam, & meritus quod est simpliciter de condigno, & ideo comparatum ad virtutē potest dici virtutē, quia comparatum ad meritum ante gratiam potest dici de condigno. Et comparatum ad meritum de condigno simpliciter potest dici de congruo.

17 Huic autem sententiā concordat communis doctrina, quā ponit quod sicut reddere iustū p̄cūm pro re accepta ab aliquo est actus iustitia, ita recōpensare mercedem, vel p̄mūlū laboris nostri operis est actus iustitia. Et ideo in illis in quibus est simpliciter iustum etiam simpliciter ratio meriti & p̄mūlū seu meritis, in quibus autem non est simpliciter iustum, sed secundum quid, in his non est simpliciter ratio meriti, sed secundum quid, inter Deum autem & hominem, non potest esse iustum simpliciter, scilicet nec æquale, sed solum iustum secundū quid, scilicet dominarium, quia totum bonū quod est hominis est Dei & a Deo, & multo amplius, quām actiones serui sunt sui domini in humanis propter quod meritum hominis apud Deum non potest esse meritus simpliciter de condigno, sed solum secundum presuppositionē diuinae ordinationis, ita scilicet vt homo id consequatur a Deo per suam operationem quasi p̄mūlū vel mercede, ad quod Deus ei virtutē operandi deputauit quia virtus operans ad merendum beatitudinem est non solum potentia voluntaria, sed habitus gratiae, vel charitatis.

18 AD primum argumentum dicendum quod nō est simile de merito & de demerito, quia qui in toto alteri obligatur tantō ex sua ingratitudine plus demeretur quam tō plus recepit: sed qui totum habet ab alio totum ei debet, nec potest eum constituere debitorem quod requiriatur ad meritum de condigno, ut dictum est.

19 Ad aliud dicendum quod Apostolus non dicit quod corona gloriæ non reddatur secundum iustum iudicium, sed quod redditur a iusto iudice, quia a domino, qui iustum est & misericors, sed misericordiam ostendit corona de bonis qui ex condigno non possunt mereri, iustitia vero punito malius qui ex condigno possunt mereri, nec tamen etiam eis reddit secundum rigorem iustitia, quos iuste possint adiunclare.

Sententia huius distinctionis. xxviii.  
in generali & speciali.

Iudicē vero inconcūsē, &c. Superius determinauit de libero arbitrio. His determinat de insufficiētia liberū arbitrii sine gratia. Et diuiditur in duas. Primo determinat quod dictum est generaliter in omnibus. Secundo specialiter in primis parentibus. Secunda in principio, scilicet ibi, post haec considerandum est. Prima diuiditur in tres. Primo exprimit Pelagianorum errorem & erroris absurditatem. Secundo ponit eorum obiectiones, & ipsarum obiectiōnum solutionem. Tertio subdit veritatis confirmationem. Secunda ibi, quid vero dicit sine gratia. Tertia ibi, illud de gratia liberū arbitrii. Secunda istarum diuiditur in tres. Primo ponit rationem eorum ad probandum quod homo sine gratia posse mādatā Dei implere. Secundo ponit argumentum ad probandum quod possit per se a peccato resurgere. Tertio ponit aliquid ad probandum quod possit perse in deum eredere. Secunda ibi, alibi etiā Augustinus. Tertia ibi, in expositione autē quarundam. Hac est sententia & diuīsio lectiōnis in generali.

2 IN speciali sic procedit. Et proponit primo quod lib. arb. sine gratia ad obtinēdā salutē non sufficit. Et ostendit errorem Pelagianorū. Et circa hoc tagit & explicat secundum Augu. quod dicebant Pelag. gratiam & salutem secundum meritū dārī. Et hic error ortus habuit a Pelagiano monacho, qui dicebat homines sine gratia posse implere mandata dei. Et cūm increparetur a fratribus, dissentibus, ad quid ergo est necessaria gratia. Respondebat, vt facilis posset homo mādatā Dei implere, quia sine gratia difficulter poterat operari. Et sic ponebat q̄ lib. arb. erat ista gratia sine qua principaliter nihil boni operari potest homo. Addit autem multa alia inconvenientia quae dicebat ex istis sequētia, scilicet orationes quas ecclēsia facit quod nihil conferat his pro quibus fuerunt facta. Et quod gratia datur secundū merita nostra. Et q̄ parvuli sine originali peccato nascuntur. Postea ponit obiectiones & autoritates Aug. per quas hāretici confirmant errores suos. Quarum prima talis est, Si sit peccatum secundum Augu. ergo caueri potest. Si enim caueri non potest, ergo peccatum non est, quia nullus peccat in eo quod cauere non potest. Sed peccatum non vitatur, nisi per lib. arb. quia secundum Aug. voluntas est qua peccatur & rectē viuitur; ergo secundum Aug. per lib. arb. sine gratia potest quis mereri. Et responderet Aug. qui dicit se sic intellexisse q̄ voluntas est qua peccatur & rectē viuitur, sed non potest in bonum dirigi, nisi per gratiam Dei a peccato mādatā adiuuetur. Item arguit per Aug. autoritatē dicentis quod nullus debet imputari, si nō fecerit quod facere nō potuit: ergo parvuli qui gratiam nō habent, sed diuīs mādatā non seruant rētē publicandi non sunt. Ex quo sine ipsa gratia non possent mādatā implere. Et responderet Aug. quod hoc dicit contra Manicheos qui ponebant diuas naturas in homine, unam bonam a Deo, aliam malam a diabolo, quia sita est, non potest ab ea bonum fieri, & sic non est ei culpa imputanda. Postea ponit aliam ipsorum obiectiōnē, quod homo posset refugere a peccato sine gratia. Quia secundum Aug. murare voluntatē est in nostrā potestate: ergo potest de se sine gratia resurgere a peccato, responderet Augu. quod hec potestas nulla est si non est ei a Deo data, unde proponit quod voluntas non nisi per gratiam opera pietatis faciliter exerceret. Postea ponit alias obiectiones, q̄ potest aliquis in Dei credere sine gratia, co quod velle credere nostrū est; ergo potest homo in Deum credere sine gratia. Responderet Augu. quod virtutē est Dei principaliter, ex consequenti autē nostrā, quia nō nisi nobis voluntibus & cōsentientibus hoc esse potest. Item ad idem arguit secundum Augu. posse habere fidem à natura est hominum, ergo homo per sua naturalia potest in deum credere. Et responderet quod homo de se habet naturalē aptitudinem ad credendum, & diligendum, sed credere, vel diligere sine gratia esse nō potest. Ultimō ponit veritatem de gratia & libero arbitrio secundum Hieronymum qui dicit etiam illos errare qui dicunt homines propter naturam mātam non posse vitare peccatum, & illos qui ponunt homines propter naturam bonam peccare non posse sicut Iouianus. Ambō enim tollunt arbitrii libertatem. sed dicit Hieronymus quod possumus semper peccare, & non peccare vt nos haberos confitcamur. Hoc est fides nostra, &c.

Magistri Durandi de

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum sine gratia possit homo cognoscere  
aliquam veritatem.  
Tho.1.2.q.109.art.1.

**C**irca distinctionem itam primo queritur, utrum sine gratia possit homo cognoscere aliquam veritatem. Et videtur quod non, quia hec se habet sensus ad sensibilium, & sic intellectus ad intelligibilium. Sed sensus viitus qui inter omnes est nobilissimus nihil potest videre sine extrinseco lumine, ergo nec intellectus potest aliquid intelligere sine aliquo lumine superadditione, quod est gratia datum.

Item factio eius via cognoscendi aliquid per doctrinam quam per invenientem, sed nullus potest acquirere scientiam veritatis per doctrinam exterius, nisi Deus doceat interiorius (ut dicit Augustinus lib. de magistro) ergo multo minus per invenientem, & sic nullo modo.

IN contrarium est, quia si absq[ue] gratia non possemus aliquod verum intelligere nullum nostrum intelligere esset pure naturale, & ita intellectus secundum se caret propriâ operatione quod est inconveniens, ergo &c.

\* R E S P O N S I O . gratia dupliciter accipitur, uno modo pro gratia Dei prouidentia, qua gratis omnibus rebus impendit ea quae ipsi continentur. Alio modo accipitur gratia pro habituali dono recepto in anima. Primo modo nulli est dubium quod sine gratia Dei non possumus quicquam verum intelligere, quia sine intellectu quem Deus homini dedit ex sua prouidentia tanquam aliquid necessarium ad finem suum nihil intelligere possumus, si autem accipiat gratia pro dono habituali aut illud erit gratum faciem vel solum gratis datum. Si primo modo sic dicendum est quod sine gratia possumus quicquam verum intelligere, quia talis gratia vel est idem quod charitas vel non est sine charitate, sed sine charitate possumus quicquam verum intelligere, ergo & sine talis gratia. Minor probatur, quia perfectio priori non dependet à perfectione posteriori, propter quod intellectus ad intelligendum verum non requirit gratiam quae perfectio voluntatis ponitur. Et hoc est quod dicit Augustinus lib. retractationum non approbo quod in oratione dixi Deus qui non nisi mundus scire verum voluisti. Responderemus potest multos etiam non in mundo multa vera scire, sed per gratiam homo mundus efficitur.

\* Si autem gratia vocetur quocunq[ue] habituale donum gratis datum quod potest esse commune bonis & malis, sic distingue lumine est de veritate, quia quaedam veritas est de sensibilibus & ex sensibilibus deducitur, quædam vero quæ nec est in sensibilibus, nec ex sensibilibus deducitur. Prima veritatem potest intellectus intelligere ab eo dono quocunq[ue] supernaturali gratis dato, quia liber potentia potest in obiectum sibi proportionatum ab eo quocunq[ue] extrinseco, sed obiectum proportionatum nostro intellectui est veritas in sensibilibus & ab eis deducta, sicut intellectus noster est quoddam intellectus cum sensibili, ergo talem veritatem potest intelligere intellectus noster sine quocunq[ue] ad hunc. Si autem sit veritas quæ nec sit in sensibilibus, nec ab eis possit deduci, tunc multa quæ de tenemus, sicut talis veritas potest cogi- nisci duplicitate. Uno modo cognitione intuitiva vel scientifica. Alio modo cognitione conjecturali, vel per modum qualificandi assensus. Prima cognitionem non potest habere intellectus viatoris ex se de veritate supernaturali, cuius ratio est, quia omnis talis cognitionis vel est alius per se, & in se notio, & est cognitionis intuitivæ, vel de dicti potest ex se notio, si sit cognitionis scientifica, sed talis veritas supernaturalis non est intellectui viatoris quantum ad modum cognitionis naturalis de se & in se nota, nec ex se notio nobis potest deduci, ut plenus declaratum fuit in primo libro: ergo de tali veritate non potest intellectus viatoris de se habere cognitionem intuitivam vel scientificam.

\* Si autem loquamur de cognitione quæ est qualis, tuncque assensus ex conjectura vel autoritate dicentis, sic videtur esse dicendum, quod sine quocunq[ue] habitu supernaturali potest intellectus noster veritati articulorum

Sancto Porciano

assentire. Quod patet primò, quia illi veritati potest in- tellectus nostra assentire, ad cuius obiectum haberemotum, & si non necessarium, tamen probabile & perfusatum. Assentimus enim multis, de quibus non habemus necessariam rationem, sed valde tenuem coniecturam, sed ad assentendum veritati supernaturali sine quocong[ue] habitu habemus motuum probabile & perfusatuum, verbi gratia, quum Christus doceret se esse verum Deum, & ad confirmationem sue doctrinae faceret signa que so- lus Deus potest facere, sicut ipse dixit, si mihi non vultis credere, operibus credite: talia signa poterant inclinare intellectum ad credendum ipsum esse Deum. Vnde & do- centes dicunt quod demones crediderunt Christum esse Deum, non per habitum infusum, sed ex apparentia signorum, quare &c.

Item credere est assentire alicui vero non propter se, sed propter autoritatem dicentis: sed ad hoc non videtur aliquis necessarius habitus, credo enim pluviam futuram quia ita dicit Astrologus & credo Deum incarnationem, quia ita dicit scriptura, quam puto secundum autoritatem ecclie à Deo inspiratam: quare &c. Item non requiretur habitus, nisi veleuerat potentiam, sed istud non est ne- cessarius, quia quanvis sit super facultatem naturalem intellectus nostri clare intelligere veritatem articulorum, tamen non est super facultatem eius assentire ei ex auto- ritate alterius. Multis enim assentimus ex dictis sapientium quæ non clare intelligimus. Item secundum docto- res, hereticus discredens solum ynum articulum carer ha- bitu fidei infusa, & tamen assentit aliis articulis: ergo non videtur necessarium quod ponamus habitum infusum ad assentendum veritati articulorum. Et si dicatur, ergo si id est superfluit. Dicendum quod non, quia eti non sit necessaria propter assentium absolute acceptum: est tamen necessaria ad hoc, ut intellectus veritati articulorum, & assentient faciliter contra intellectus duritiam, & simili- ter ad discrete contra intellectus errorum, quia vnuquisque habitus, sicut inclinat ad proprium obiectum, sic facit re- fute contraria.

\* A D primum argumentum dicendum quod lumen extrinsecum non requirit ad visionem corporalem ex parte viuis, tanquam aliquid cooperans viuis ad videndum, sed requirit tanquam dispositio medii & organi ad recipientum speciem coloris vel ipsam visionem, quae non potest esse nisi diaphano acta illuminato. Vnde & alii sensus lumen non requirunt ad cognoscendum propter obiectum, quod sine lumine extrinseco praesertim habere possint. Et similiter est circa intellectum, cuius obiectum potest praesens esse sine quocong[ue] dono habituali superaddito.

\* Ad secundum dicendum quod secundum Augustinum ibidem, ille qui docet similes est illi qui mouet digitum ad offendendum viuis, qui tamen virtutem viuis non confert videnti, & homo potest exterioris verba profere, que sunt signa veritatis, non tamen vim intelligendi vere ritatem præberet, sed est à solo Deo: pro tanto ergo Deus dicitur interiorius docere quod vim intelligendi in nobis causat, & non ex hoc quod in cognitione cuiuslibet veritatis nouum lumen infundat.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum sine gratia possit homo aliquod bonum facere.  
Tho.1.2.q.109.art.2.

**S**ecundò queritur, utrum sine gratia possit homo alia quod bonum facere. Et videtur quod non, quia cognitio boni precedit operationem eiusdem: sed cogitare bonum non possumus sine gratia. Corin.3. Non sumus sufficiens cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ergo nec facere.

Item Ioann.16. sine me nihil potestis facere, sed Deus habitat in nobis per gratiam, ergo sine gratia non possumus in opus bonum.

\* IN contrarium est, quia sicut se habet intellectus ad cognitionem veri, sic voluntas ad eius amorem & potentia operativa ad eius executionem, sed sine gratia potest intellectus

**Lib. II. Distinctio. XXVIII.**

intellectus cognoscere verum, ut itarim dictu est supra:  
ergo & voluntas appetere bonum & facere.

**4 R E S P O N S I O.** Opus aliquod potest esse bonum  
dupliciter. Vno modo bonitate moralis, quae est ex confor-  
mitate ad rectam rationem, ut patet infra d. 8. q. i. n. u. 7.  
Alio modo bonitate meritaria. Primo modo potest ho-  
mo sine gratia bonum opus, quia vbi sunt principia suffi-  
cientia aliquicis operationis, ibi potest esse & illa opera-  
tio, sed in homine absq; gratia sunt sufficientia principia  
bonae operationis moralis: quare &c. Minor probatur,  
quia recta ratio agibilium, & voluntas per eam recta suf-  
ficunt ad bonam operationem moralem, haec autem sunt  
in homine sine gratia, ergo &c. De opere autem merito-  
rio dicendum quod in tale opus non potest homo sine gra-  
tia, quia omne meritum vita aeterna vel est de condigno,  
vel de congruo. Sed meritum de condigno innititur va-  
lori operis, qui est gratia habitualis: meritum vero de  
congruo innititur libertati diuina, quae etiam gratia di-  
citur secundum unam acceptiōē gratia, ut dictum fuit  
supra, dist. 26. quest. 1. ergo nullum meritum nec de con-  
digno neg: de congruo potest esse sine gratia altero duos  
rum modorum accepta: & in hoc errauit Pelagius dicens  
liberum arbitrium sufficere ad merendum sine gratia,  
quod non est verum, quanvis per se sufficiat ad elicien-  
dum opus morale bonum ex genere, fine & circumstan-  
tiis. Per hoc autem quod dicitur per se, non excluditur ge-  
neralis influentia Dei qua rerū principia in esse cōseruat,  
sine qua nihil esset aut fieret. Et sic intelligitur illud Ioān-  
nis. 15. sine me nihil potestis facere: & illud. 2. Corin.,  
non sumus sufficientes cogitare, &c. vel intelligitur de co-  
gitatione eorum que ad finem pertinent, ad quae & si pos-  
sumus attingere sine quocunque dono habituali, non  
tamen sufficienter, quia non faciliiter, nec firmiter, ut pa-  
tit supra immediata.

**5 P E R H O C** patet responsio ad argumenta in con-  
trarium.

**Q V A E S T I O T E R T I A.**

Vtrum sine gratia possumus vitare quocunque  
peccatum mortale.

*Tho. 1. 2. q. 109. art. 8. cap. 9.*

**T**ertio queritur, vtrum sine gratia possimus vitare  
quocunque peccatum mortale. Et videtur quod non;  
quia a potentia defectuosa non potest exire nisi defectu-  
sus actus (habens enim pedem claudum non potest ince-  
dere nisi claudicando) sed voluntas sine gratia est defec-  
tuosa, ergo omnis actus est defectuosis, sed actus defec-  
tuosus si sit voluntarius est peccatum, ergo &c.

**2** Item mors a peccato consequuta est, ut dicitur Rom. 5. ergo vbi est necessitas morienti, ibi est necessitas pecca-  
endi, sed in statu post peccatum est necessitas morienti,  
ergo &c.

**3 C O N T R A.** Nullus peccat in eo quod vitare non  
potest. Si ergo existens in peccato non potest peccata vi-  
tare, ergo peccando non peccat, quod est impossibile.

**4 R E S P O N S I O.** De homini possumus loqui du-  
pliciter. Vno modo secundum statum naturae integræ, ut  
quo potuit carere gratia & culpa. Alio modo secundum  
statum naturæ corruptæ, pro quo necesse est hominem ea-  
rentem gratia, esse in peccato mortali. In primo statu po-  
tuit homo sine gratia vitare quocunque peccatum mor-  
tale. Quod patet, quia omnis natura in sua integratate  
potest in actu suo, cuius habet plenum dominium non  
exorbitare, sed actus deliberationis in quo solo potest  
peccatum mortale consistere, est plenus in dominio homi-  
ni: ergo in statu naturæ integræ potuit homo circa hunc  
actum non exorbitare, & ita non peccare mortaliter.

**5** In statu autem naturæ corruptæ, scilicet post pecca-  
tum primorum parentum, in quo necesse est, vel esse hoc  
minem in gratia vel in peccato mortali distinguendum  
est, quia hominem existentem sine gratia & in peccato  
mortali potest vitare quocunque mortale potest dupliciter  
intelligi, vel de peccato commissio satisfaciendo, vel ca-  
uendo ab omni peccato committingo. Primo modo non  
potest homo sine gratia vitare peccatum, quia non potest  
satisfacere de peccato commissio sine gratia, quia cum pec-

**Quæstio III.**

179  
catum transeat acta, & maneat reatu, non est idem resur-  
gere a peccato, & cessare ab actu peccandi, sed resurgere a  
peccato, est reparari ad ea que homo per peccatum amis-  
sit, & expediti ab eis que ex peccato incurrit, sed homo  
per peccatum mortale amittit acceptiōē operum suo  
rum à Deo, quae ante peccatum acceptabantur, ut remu-  
nerabilitas vita aeterna ad quæ reparari non potest, nisi per  
gratiam per quam opera nostra acceptantur tamquam mea  
ritoria, modo quo dictum fuit supra, dist. 27. qu. 2. Incurrit  
etiam homo per peccatum mortale reatum poenæ æternæ,  
a quo cum sit infinitus, nisi per gratiam (hoc est per Dei  
gratuitam condonationem) absoluī non potest, secundum  
quod Psal. dicit ex persona peccatoris, non dabit deo pla-  
cationem suam & premium redemptiōis anima sua, &  
laborabit in æternum, & viveret adiuv in finem: propter  
quod peccatum iam commissum non potest homo vitare  
sine gratia: & in hoc concordant omnes doctores, licet  
circa hoc oīlī errauerit Pelagius & timans hominem pro-  
priis operibus posse sine gratia se a peccatis commissis sa-  
tisfaciendo absoluere.

**6** Si autem loquamur de peccato committendo, vtrum  
sine gratia posit quocunque vitari. Distinguendum est,  
quia homo sine gratia aut est in peccato secundum actum,  
puta quia vult furari aut adulterari, aut solum secundum  
reatum, putu quia peccauit, sed non manet actu in volun-  
tate peccandi, vel forte non cogitat, aut non recolit. Si  
primo modo sic dicendum est, quod homo existens in  
peccato secundum actum non potest diu manere, quin ca-  
dat in aliud peccatum mortale. Cuius ratio est, quia si  
aut se habent principia in speculabilibus, sic fines in ope-  
rabilibus vel appetibilibus, ut patet ex. 2. Phy. Sed intel-  
lectus assentientis principiis speculabilibus necessario af-  
finit conclusionibus habentibus cum eis claram & ne-  
cessariam colligantiam: ergo similiter voluntas assentientis  
alicui fini, necessario assentit his quæ habent claram & ne-  
cessariam colligantiam cum illo fine. Propter quod ille  
qui vult adulterari, & in hoc perseverat, si non posset ad  
hoc attingere nisi furando, quod det adulterare necessario  
ex velle adulterari incidit in velle furari. Et ita similiter  
est in multis aliis peccatis. Et sic loquitur Aug. lib. de ve-  
ta religione, quod superbus necesse habet alii inuidere,  
quod non est intelligentum de necessitate absoluta, sed  
conditionata quod est ex fine: dum enim superbus fini fu-  
nihiare vult, qui est querere propriam excellentiam, ne-  
cessitatem est ut inuidet alterius excellentiae, quæ propriæ ex-  
cellentia derogat. Et ita homo existens in peccato secun-  
dum actum, non potest diu vitare quin cadat in aliud  
peccatum.

**7** Si autem homo sit in peccato solum secundum rea-  
tum, sic dicunt quidam quid antequam hominis ratio in  
qua est peccatum mortale reparetur per gratiam iustifi-  
cans potest singula peccata mortalia vitare ad aliud  
quidem tempus, sed non diu. Quod sic probant, sicut ra-  
tioni debet subdi inferior appetitus, ita ratio debet subdi  
Deo, & in ipso finem constitutæ, & sicut per iudicium ra-  
tionis debent regulari motus inferioris appetitus, ita per  
finem constitutum in Deo debent regulari omnes actus  
humani, sed in appetitu inferiori non totaliter subiectio  
rationis necesse est motus inordinatos contingere, ergo si  
militer in ratione hominis non existente subiecta deo de  
necessitate est, vt contingat multæ inordinations: cum  
enim homo non habet cor suum firmatum in deo, ut pro  
nullo bono consequendo vel malo vitando, vellet ab eo  
separari, occursum multa propter quæ vitanda, vel con-  
quenda homo recedit à Deo, contemnendo præcepta ipsius,  
& peccando mortaliter. Et ideo sicut homo in gra-  
zia constitutus (in quo tamen appetitus inferior non ples-  
tus subditur rationi) potest vitare singula peccata venia-  
lia, & etiam omnia simili per aliquod tempus, sed non diu,  
sic voluntas hominis sine gratia potest vitare singula pec-  
cata mortalia, & omnia simili ad tempus, sed non diu.

**8** Sed istud non videtur valere. Primo quia secundum  
omnes in statu naturæ integræ homo poterat omne pec-  
catum mortale vitare. Quæ autem pertinent ad naturam,  
per peccatum non amittuntur, licet forte habilitas mi-  
natur: & ideo libera electio boni, & fuga mali, quæ ad  
naturam liberi arbitrii pertinent, nullo modo per pecca-

Z 3 tunc

### Magistri Durandi de

tam subrahuntur. Simile etiam quod adducitur de peccato veniali non valeret: est enim duplex genus peccati venialis, est enim quoddam veniale ex genere, ut est menda cum iocorum dictum ex deliberatione, vel verbum octo sum. Aliud est peccatum veniale propter imperfectionem actus, sicut sunt subiti motus sensualitatis, respectu coru quo ex genere sunt peccata mortalia: licet autem non possumus vitare omnia peccata veniales secundo modo dicta, quia ratio non potest semper esse pernigil ad reprehendendum omnes tales motus: in domum unius reprimunt, alter subito resurgit: nihilominus tamen omnia peccata veniales ex genere que sunt ex deliberatione possumus vitare: & per eandem rationem omnia mortalia que non nisi ex deliberatione sunt: eorum autem que sequuntur deliberationem, habemus semper plenum dominium, ideo non est simile quod pro simili inducitur, nisi quo ad hoc quod sicut circa appetitum sensituum contingunt multe inordinations inevitabilis, quantum ad primos motus & subitos propter hoc quod non perfecte subiiciuntur rationi, sic circa rationem respectu eorum que sunt ad finem contingunt multe inordinations subiti & inevitabilis propter hoc quod motus voluntatis in ea que sunt ad finem non plena subditur deliberationi rationis que est ex fine, sed in talibus deordinationibus non potest esse peccatum mortale, & ideo non est ad propositum.

9. Dicunt ergo alii quod sine gratia homo potest vitare omnia peccata mortalia: licet fit videlicet difficile, cuius ratio est quia si homo sine gratia non posset vitare, omne peccatum mortale hoc est vel propter carentiam gratiae vel propter inclinationem derelictam ex peccato praecedente, non propter carentiam gratiae, tum quia in statu naturae integrum hoc poterat sine gratia ut dictum est, cum quia non plus tollit priuatio quam ponit habitus, sed per gratiam non ponitur in anima nisi efficacia ad merendum, supponit autem libertatem in voluntate ad bonum vel malum eligendum vel fugiendum, ergo per carentiam gratiae hac libertas totaliter relinquitur sed efficacia merendi tollitur: nec etiam propter inclinationem de derelictam ex peccato praecedente, quia inclinatio derelicta ex bono actu non necessitat voluntatem quin liber possit a bono deuiri, ergo neque inclinatio derelicta ex malo actu necessitat eam quin liber possit malum vitare. Item dispositio derelicta ex aliquo actu solum inclinatur ad similem actum, & ita peccans semper necessitat revertar ad postea committendum simile peccatum, quod non videmus.

10. Nunc videndum est quid veritas habeat viri ac precedentium opinionum. Et ad hoc videndum distinguendum est de peccatis mortalibus, quia quædam sunt contra præcepta iuris naturalis, quedam vero sunt contra præcepta iuris diuinæ & supernaturalis. Dicendum ergo quod peccata que sunt contra præcepta iuris naturalis tantum posseunt vitari ab homine existente in peccato prædicto modo scilicet secundum solum reatum, sed non illa quae sunt contra præcepta iuris supernaturals. Primum patet ut prius, quia si talia peccata non posseunt vitari sine gratia, nec ratione peccati præcedentis: quia voluntas ex uno non necessitat ad voluntem aliud nisi ponat actum suum ad verum: ali qualiter eligendo vel refutando, sicut intellectus non necessitat ad silentium, vni propter alterum nisi ponat actum suum circa verum: affirmando vel negando, sed voluntas hominis existentis in peccato solum secundum reatum nullum actum habet circa illud peccatum, quia si aliquem actum volendi haberet circa ilud complacendo sibi in peccatum commissum iam esset in peccato secundum actum & non solum secundum reatum, ergo ex solo reatu vnius peccati nullus necessitat ad aliud committendum, quare &c. Ita bonitas moralis non stat cum peccato quod est contra dictamen iuris naturalis, sed homo sine gratia potest in omnem opus bonum bonitate morali que est obiecto, fine & circumstantiis ut dictum fuit in prædicto questus, ergo quilibet potest sine gratia vitare quodcumque peccatum quod est

### Sancto Porciano

contra dictamen solum iuris naturalis.

11. Secundum pater quod scilicet sine gratia non potest homo vitare omnia peccata que sunt contra præcepta supernaturalis, vt sunt præcepta de suscipiendo sacramenta ecclésie, pura eucharistie, &c. quia ad talia suscipienda tenetur homo in statu viæ nisi casus necessitatis excludat. Excluso ergo casu necessitatis & habita copia conscientiarum aut suscipiuntur, aut non, si non committitur peccatum nouum ex contemptu sacramentorum, si suscipiuntur, iterum committitur peccatum si suscipiens non sit in gratia, quia ad suscepctionem eorum requiritur gratia, ergo talia peccata non possunt vitari ab eo qui manet in pecato secundum reatum.

12. Et si dicatur quod in modo quia suscipiens ratiā sacramenta forte non recolit de peccato, & ita non debet sibi imputari ad culpam, quia in tali peccato suscipit eucharistia. Non valeret quia quod iste non recolit de peccato commiso, aut hoc est quia conscientiam suam diligenter non discutit, aut dico quod discutit, non tamen in nocturnam eius deuenit, si primo modo sic non excusat a peccato quia voluntas omissionis circumstantia que requiruntur ad actum non excusat. Sed discutio conscientie in suscipiente sacramentum eucharistie est circumstantia que ad hoc factum requiritur iuxta illud quod dicit Apostoli, Corin. i. Probec autem seipsum homo, &c. et ergo eius omissionis non excusat quin peccet sicut recipiens in mortali. Sed secundo modo scilicet si conscientiam suam sufficienter discutit, & nihilominus in nocturnam peccati non deuenit, remittit enim ex generali contritione sine qua non est sufficiens discutio conscientie, & sic tamen non est in pecato, propter quod non habet iam locum quatinus in hoc casu. Pater ergo quod existens in peccato mortali quo ad solum reatum potest vitare (quocunque casu consequente) omne peccatum quod est contra præceptum iuris dicitur.

13. Ad primum argumentum dicendum quod à potentia inquantum defectuosa non egreditur nisi actus defectuosis, & ideo à voluntate adhærente malo fini, & ex illo aliud aliud eliciente non potest egredi nisi actus malus. Et sic dicendum quod voluntas perseverans in peccato secundum actum non potest diuiniuerere, quin cadat in aliud peccatum, tamen nihil prohibet voluntate quae est in peccato solum secundum reatum eligere opus bonum & vitare quodcumque malum committendum, quia hoc non procedit ab ipsa inquantum defectuosa, sed inquantum innititur rationi, cuius rectitudinem reatus peccati non tollit.

14. Ad secundum dicendum quod à quæ necessarium est existentem in gratia mori, sicut existentem in peccato: unde necessitas moriendi ex peccato originali consequitur est quod omnes contrahunt, & non ex peccato actuali quod committunt.

### QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum sine gratia possit quis implere diuinæ præcepta.

Tho. 1.2. q. 109. ar. 4.

Q Vartus queritur, vtrum sine gratia possit quis implere diuinæ præcepta, & videtur quod non, quia nullus damnatur nisi pro peccato commissionis vel omissionis, sed qui præcepta legis implet, nihil omittit, qui autem omne malum vitat, nihil committit: si igitur sine gratia præcepta legis homo possit implere, quum sine gratia possit peccatum vitare (vt statim ostensum est) tunc sine gratia possit homo vitare damnationem, sed qui damnatur est in gloria: ergo homo non habens gratiam possit in gloria esse.

2. Item Augu. lib. de hæresibus dicit hoc pertinere ad hæresim Pelagianorum, vr credant sine gratia hominem posse acere omnia mandata diuinæ,

3. In contrarium arguitur, quia illud quod homo naturaliter facit sine gratia, per seipsum facere potest: sed gentes que legem non habent, naturaliter que legis sunt faciunt, vt dicitur Rom. 2. ergo præcepta legis sine gratia impleri possunt.

4. RES

**4** RESPONSO. In omni p̄cepto sunt duo cōfideranda. Materia p̄cepti & finis; materia p̄cepti cādus sub obligatione, est enim illud quod p̄cipitur; finis autem p̄cepti cadit sub intentione, non autem sub obligatione, non enim p̄cipitur sed intendit p̄ceptiens, vē mediante p̄cepto ad illud perueniatur: verbi gratia, legislator p̄cipit non percutere ciuem, & intēdit per hoc inter ciues fovere amicitiam. Si quis igitur cum ciue non percutit, nec ramen concūm dilit, implet p̄ceptum legis quoad p̄cepti obligationem: unde p̄enam legis non meretur, vt legis transgressor, nihilominus ad finem intentum à legislatore nō artinet. Similiter in p̄ceptis diuinis aliud est quod p̄cipitur tanquam materia p̄cepti cadens sub obligatione. Aliud vero quod finaliter intenditur, quod enim p̄cipitur est actus virtutis, quo ad substantiam actus solū, vt honorare parentes, credere vnum Deum, & similia: quod autem intenditur, sed non p̄cipitur, est, vt homines per talia opera sic disponantur, quod opera eorum acceptūt, vt remunerabilit̄ vita eterna, quod fit per gratiam. Et sic loquitur Salvator Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quod autem ita sit, patet, quia sicut per p̄cepta affirmativa p̄cipitur actus virtutis, sic per p̄cepta negativa prohibetur actus vitiosus, & sicut seruantur p̄cepta affirmativa, faciendo quod p̄ceptum est fieri, sic seruantur p̄cepta negativa abstinentia ab eo quod prohibitum est fieri, sed sub prohibitione p̄cepti negativi cadit actus quod substantiam actus, ne fiat, & non quo ad modum, videlicet ut abstinenſ ab actu prohibiti fit in gratia, qui enim non occidit vel non mechatitur, dato quod non sit in gratia, non propter hoc est transgressor illorum p̄ceptorum, non mechataberis, non occides, nec committis nouum peccatum, quia nullus facit cōtra p̄ceptum negativum per omissionem, sed solum per commissionem, sed nō habere gratiam est sola omisio, non mechari, vel non occidere est similiſ sola omisio, ergo qui non est in gratia, nec occidit, nec mechataberis, & sic de aliis p̄ceptis negatis non est transgressor eorum, sed potius obſeruator.

**5** Et eodem modo in p̄ceptis affirmatiuis nullus est transgressor si faciat quod p̄cipitur, puta quod honoret parentes, licet non sit in gratia, quantius non peruenit ad finem intentum à p̄ceptiente, videlicet ad hoc vt facta sua sint remunerabilit̄ vita eterna: hoc enim intenditur, sed non p̄cipitur. Ex hoc patet respōsio ad questionem istam, sicut ad precedentem, quia sunt quasi una q̄stio. Non enim est peccatum mortale, nisi sit contra aliquod p̄ceptum. Et ideo sicut homo sine gratia potest vitare peccata mortalia, sic potest implere p̄cepta.

**6** Dicendum ergo quod sine gratia quē est specialis acceptatio diuina, potest homo implere p̄cepta iuris naturalis, non autem illa quē sunt iuris supernaturalis, vt de sufficiendis sacramētis. Primum patet, quia quālibet potentia potest in actu sibi proportionatū quantum ad substantiam actus sine additione cuiuscunq; alterius. Est enim potentia qua possumus, vt dicitur. a. Ethic. Sed sub p̄cepto iuris naturalis cadunt actus solum quantum ad substantiam actuum, actus dico quorum potentiae sunt in nobis, ergo sine gratia & quocunq; alii habite possumus adimplere que sub tali p̄cepto cadunt. Secundum patet, quia vbi habere gratia cadit sub p̄cepto, vt materia p̄cepti, ibi p̄ceptum non potest sine gratia impleri, sed est in susceptione sacramentorum, ergo &c.

**7** Ad primum argumentum dicendum quod absque peccato omissionis & commissionis dammaretur homo pro solo peccato originali, nisi per gratiam liberaretur, quam adeptam non amittit, nisi per peccatum omissionis, vel commissionis, & ita nunquam potest homo damnari, nisi pro culpa, nec esse in gloria, nisi praevia gratia qualitercumque data.

**8** Ad secundum argumentum dicendum quod Augustinus loquitur de implectione mandatorum cum perueniōne ad finem à legislatore intētum. Illo enim modo sine gratia impleri non possunt.

## QVASTIO QUINTA.

Vtrum sine dono supernaturali ac motione speciali spiritus sancti, homo possit se ad gratiam preparare.

Tib. i. 2. q. 109. ar. 6.

**Q** Vinto queritur, vtrum sine aliquo dono supernaturali, ac speciali motione spiritus sancti, homo possit se ad gratiam preparare, & videtur quod nō, quia deterior est mores spiritualis quam corporalis, sed homo mortuus corporaliter non potest se preparare ad vitam corporalem recuperandam, ergo nec mortuus spiritualiter per culpam potest se preparare ad spiritualem vitam, quae est per gratiam.

**1** Item Ioan. 6. dicitur, nemo potest venire ad me, nisi pater qui me misit, traxerit eum; si autem homo seipsum preparare posset, non oportet quod ab alio traheretur, quare &c.

**2** CONTRA A. Proverbiorum 11. cap. dicitur, homini nō est animus preparare, sed illud dicitur esse hominis, quod per semipsum potest: ergo videtur quod homo per seipsum possit se ad aliquam gratiam preparare.

**3** RESPONSO. Quod homo possit se preparare ad gratiam sine novo dono habituali sibi diuinus infuso, omnes concedunt, & meritò, quia si homo indigeret tali dono ad preparandum se ad gratiam per candem rationem indigeret quodam alio dono ad preparandum se ad iam dictum donum: nullum enim donum supernaturale datur, nisi preparatis in habentibus vñum liberi arbitrii, aliquin daretur omnibus, quod non est verum. Hoc autem posito procederetur in infinitum, quum non sit maior ratio fitendi in uno quam in alio: ergo preparatio ad gratiam non requirit aliquod habituale donum & hoc omnes concedunt.

**4** Verum autem preparatio ad gratiam requirat specie le adiutoriorum Dei animum mouentis & inspirantis bonum propositum. Dicunt quidam quod sic, quia ordinis suum est secundum ordinem agentium, semper enim sua premium agens mouet ad ultimum finem. Inferius autem agens mouet ad finem sub fine, sicut animus militis conueritur ad querendam victoriam ex motione ducis exercitus: ad secundum autem speciale vexillum ex motione tribuni, sed supremū quod posuit esse in anima pro statu presentis vite est quod vñatur Deo per gratiam, ergo ad hoc necessaria est specialis motio Dei tanquam sue premi agentis.

**5** Sed istud non videtur, quia sicut supremo agenti conuenientia ad ultimum finem perducere: nihil tamen prohibet insimum agens ad ultimum finem disponere, sicut vis demus in generatione hominis, in qua licet Deus introducat formam ultimam, natura tamen ex propria virtute disponit materiam, similiter licet ad consequentem gratia requiratur specialis motio dei gratiam inservientis: si tamen gratia sit habituale donum, tamē ad eam potest homo se disponere pure, vt videtur per liberum arbitrium absq; speciali motione.

**6** Ideo videtur alter est dicendum, quod si speciale adiutoriorum vocetur immediata motio voluntatis à deo, sine tali potest homo se preparare ad gratiam, quia illud bonum quod habet ad gratiam immediatum ordinem videtur esse preparatorium ad ipsam, sed bonum morale est huiusmodi. Quum ergo in tale bonum possit homo sine immediata motione voluntatis à Deo, patet quod absq; tali adiutorio potest se homo ad gratiam preparare. Si autem speciale adiutoriorum vocetur specialis prouidentia, quam Deus haberet de his qui hereditatem capiunt salutis, sic prædictam quandoque cadentes à gratia per culpam, non possunt se ad gratiam preparare sine speciali Dei adiutorio, quia sicut sub ordine generali prouidentiae quam Deus haberet de rebus, cadit quicquid rem ipsam in finem promovet, sic sub ordine speciali prouidentiae quam haberet de electis, cadit quicquid eos promovet ad salutem, sive sit exterior admonitio hominis, sive aegritudo corporis, vel quicquid voluntatem excitat ad bonum: & si hoc vocetur gratia, sine tali gratia non potest homo se preparare ad gratiam.

### Magistri Durandi de

8 Ad primus argumentum dicendum quod mors spiritualis prior est quam corporalis, quoad actum quem priuat, sed melior est secundum aptitudinem quam in subiecto relinquunt, ratione cuius potest se disponere ad recuperandum vitam gratiae, non autem nature.

9 Ad secundum dicendum quod nullus venit usque ad Deum nisi per gratiam quam solus deus infundit si sit habituale donum: tamen potest homo ad Deum tendere, preparando seipsum ab aliis alio speciali adiutorio quam quod dictum est.

Sententia huius distinctionis. xxix.

in generali & speciali.

P Oste hoc considerandum est. Superioris Magister determinauit de gratia absoluta. Hic determinat de ea in comparatione ad statum primi hominis. Et primo determinat statum primi hominis quod gratiam & virtutem. Secundum determinat poenam peccati ipsius. Tertium mouet quandam incidentem dubitationem. Secunda ibi, in illius quoque peccati. Tertia ibi, potest autem queri virum deligno. Haec est sententia in generali, &c.

2 IN speciali sic procedit. Et proponit primò querendum quod virum homo in statu primo indigeret gratia. Et respondet quod indiget homo gratia non per quam liberaret a malo, quia peccatum non habebat, sed habebat unde stare poterat, sed gratiam per quam efficaciter moveretur in bonum non habebat, nec vnde posset proficere. Quare etiam virum haberet virtutes, & licet quidam dicant quod non, tamen dicit Magister quod habuit, quod ostendit per autoritates. Post dicit quod in poena peccati ipsius exclusus est homo a loco deliciarum, & a ligno vita, per quod poterat in aeternum vivere, non post peccatum sumendum, sed tantum ante. Et soluit quandam autoritatem que videtur facere in contrarium, scilicet, quod si etiam post peccatum sumpsisset, viveret in aeternum. Subdit etiam quod ad impedendum reditum hominis in paradisum apposita est angelica & ignea custodia, scilicet cherubim & flammis gladiis, atque versatilis, per quae significatur quod homo ad vitam non debebat redire nisi per cherubin, id est, per plenitudinem scientie, scilicet charitatem, & per gladium versabilem, id est, per tolerantiam temporis rationis passionum. Ultimum querit virum ante peccatum de ligno vita comedere, & si comedit, quare non fuit factus immortalis. Et respondebat Magister quod comedit, sed immortalitas non conferebatur, nisi per frequentem ligni esum. Et in hoc terminatur, &c.

### Q VÆ S T I O P R I M A .

Vrum in statu innocentia homo in dignerit gratia.

Tho. 1.2. q. 109. ar. 2.3. &c. 4.

C irca distinctionem ita quæritur, primò. Vrum in statu innocentia homo indigerit gratia. Et videtur quod non, quia poena non praecedit culpam, sed carentia visionis diuinæ est quædam poena, ergo hanc non incurrit homo in statu innocentia dato quod gratiam non habuerit.

2 IN contrarium est quod dicitur Rom. 5. gratia dei vitæ aeternæ, ergo in quolibet statu ad consequendam vitam aeternam necessaria est gratia.

3 R E S P O N S I O . quanvis homo in statu innocentia conditus fuerit in gratia, tamen non necessario indiguit ea ad conseruandum statum illum, indiguit tamē ea ad meritum vitæ aeternæ. Primum patet, quia status innocentia non amittitur nisi per culpam, sed illam poterat homo vitare sine gratia ut dictum est supra. 28. dist. quest. 3. quare &c. Secundum sic patet, omni meritum vel est de condigno, vel de congruo, sed ad meritum de condigno requiritur gratia habitualis, ad meritum autem de congruo requiritur gratia que est acceptatio diuina ut often sum fuit supra di. 27. qu. 2. ergo &c. Item ad illud ad quod aliquis non potest peruenire ex natura sua oportet peruenire ex alterius gratia vel dono gratuito quod est idem, sed ad visionem diuinæ essentia in qua cōsistit vita aeterna homo non potest peruenire ex propriis naturalibus, ergo oportet quod ad hoc perueniat ex alterius dono seu gratia.

### Sancto Porciano

4 Ad argumentum in contrarium dicendum quod carentia visionis diuinæ potest intelligi duplificiter. Un modo negatiue, & sic non est propriæ poena, sed defectus totam naturam creataam consequens, nulla enim natura creata est ex se sufficiens ad visionem diuinam qualcum exceptamus, & sic carētia visionis diuinæ fuisse in homine ante peccatum si gratiam non habuisset. Alio modo potest sumi priuatuū ut intelligatur quadam obnoxietas ad carentiam visionis diuinæ, & sic est poena, nec fuisse in homine ante peccatum.

### Q VÆ S T I O S E C U N D A .

Vrum in statu innocentia homo habuerit omnes virtutes.

Tho. 1.2. q. 109. ar. 1.

P ostea quæritur, virum in statu innocentia homo habuerit omnes virtutes. Et videtur quod sic, quia virtus est dispositio perfecti ad optimum ut dicitur. 7. Phys. sed in statu innocentia homo fuisse maximè perfectus, ergo habuerit omnes virtutes.

2 Item nullus ex culpa sua debet reportare cōmodum, si ergo in statu innocentia caruerit virtutibus cum post peccatum perficiatur per eas, runc homo ex peccato cōmodum reportaret, quod est inconveniens.

3 IN contrarium est quia quædam virtutes habent pro materia passiones respicientes malum, ut fortitudo que est circa timores, sed huiusmodi passiones non sufficiunt statu innocentia ergo nec tales virtutes.

4 R E S P O N S I O . virtutum quædam sunt theologica, quædam intellectuales, quædam verò morales. De theologicis dicendum quod sufficiunt in statu innocentia, cuius probatio est quia respectu actus in quem potentia non potest per se, vel non prompte & faciliter, oportet in potentia ponere habitum eleuantem, vel tollentem difficultatem, sed intellectus humanus & voluntas non possunt per se in cognitione articulorum, & in spem futurorum bonorum vel non prompte & faciliter, ut patuit in p̄c. distin. quest. 1. ergo respectu talium actuum oportet ponere in nobis aliquem habitum eleuantem potentias vel tollentem difficultatem. Si verò loquamur de virtutibus intellectualibus, sic dicendum est quod sufficiunt in statu innocentia, quia illud quod ex puris naturalibus potest acquiri, & quod est simpliciter, melius est esse quam non esse, illud sufficit in statu innocentia in quo nullū bonum deerat quod bona voluntas posset adipisci (ut dicit Aug. 14. de ciui. Dei) sed virtutes intellectuales sunt huiusmodi, ergo &c.

5 De virtutibus autem moralibus, sciendum quod quædam sunt circa operationes, virtus iustitia & liberalitas & huiusmodi, quædam autem circa passiones moderandas. De primis dicendum quod sufficiunt in statu innocentia per eandem rationem que dicta est de virtutibus intellectualibus, quia simpliciter melius est tales habere quam eis carere, nec excedunt facultatem naturæ quin ex principiis naturalibus possint acquiri, virtutes autem morales que sunt circa passiones ponentes in eis medium & moderantes eas inter excessum & defectum non sufficiunt in statu innocentia nec sufficiunt necessariae, nisi inquantum pertinuerint ad rationem originalis iustitiae, vel formaliter vel virtualiter. Cuius ratio est, quia respectu illius actus non oportet ponere aliquem habitum, respectu cuius potentia nullam habet indeterminationem, & nullam patitur difficultatem, sed in statu innocentia appetitus sensitius nullam habuerit indeterminationem, & nullā difficultatem in appetendo secundum rectam rationem, impletè & promptè obediens rationi, hoc enim habuit conditione illius status, ergo in illo statu non sufficiunt necessariae virtutes, quæ ordinantur ad moderationem passionum, nisi forte dicatur quod huiusmodi virtutes intrinsecæ pertinabant ad rationem originalis iustitiae, vel formaliter ut aliqui patunt, vel virtualiter, & ita non sufficiunt acquisiti, sed innata vel insuta, nec essent virtutes morales, sed quasi naturales, nisi propter similitudinem actuum, ad quos inclinarent.

6 Et si dicetur aliquis quod simpliciter in primo statu non patiebatur quis difficultas in operibus que sunt ad alterum, ut sunt iustitiae. Dicendum quod verum est, inquit tamen